

scopatum¹ et Cremonensem prope Creman iuxta Abduam pervenit. Deinde cum exercitu suo aliquibus diebus² ibidem moram faciens, per pontem a Cremonensibus factum Abduae postea fluvium transivit inter castellum Castellionis et castellum Sancti Viti³. Et cum fuit in episcopatu Laudensi, est castrametatus et per duos dies ibi moratus⁴; tertio vero die⁵ de loco illo mota sunt castra et posita sunt in Roncalia, et more predecessorum eius magnam curiam^a archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, ducum, marchionum, comitum et consulum Lombardiae et Tusciae civitatum⁶ et aliorum prudentum virorum spatio septem dierum⁷ habuit. His ergo diebus multas audivit querimonias et consilio^b principum et legis peritorum, maxime Oberti de Orto Mediolanensis causidici^c, viri peritissimi magna constantia et honestate suffulti, plures dedit sententias, quas eorundem sapientum⁹ consilio et ortatu, prout eis visum fuit, firmavit et, ut in posterum firmentur teneri, suo edicto precepit¹⁰. Verumtamen ibidem fixis tentoriis et collocato exercitu, dominus Obertus Mediolanensis archiepiscopus¹¹ cum magna manu clericorum et militum, licet^c multi de nobilibus et sapientibus viris eiusdem civitatis in illo exercitu essent ab introitu regis in Lombardiam ante

a) 'curiam' fehlt Legè II. b) 'concilio' c. c) 'lç' c. nach Legè II; 'L^M [quum]' Legè I.

1) Im Gebiet von Brescia war Friedrich I. am 19. Nov. 1154, Stumpf 3696; am 22. Nov. 1154 urkundete er 'in campo qui vocatur Calegnus' (oder 'Galegarius'), Stumpf 3697, vgl. oben S. 124. 2) Zwischen 23. und 28. Nov. 1154, vgl. oben S. 124 f. 3) San Vito und Castiglione (auf dem rechten Adda-Ufer abwärts von Lodi) als Lagerplatz des Königs kennt auch Otto Morena, MG. SS. 18, 591. 4) Am 28. und 29. November, wie oben S. 125 gezeigt ist. 5) Am 30. November 1154, s. oben S. 125. 6) Vgl. das Lehensgesetz vom 5. Dez. 1154, MG. LL. Const. I Nr. 148, oben S. 127. Ferner Otto von Freising, G. Fr. II 16, der im einzelnen ausser dem Markgrafen von Montferrat und dem Bischof von Asti besonders die Konsuln von Como, Lodi und Mailand, sowie Gesandte von Genua (vgl. Cafari Ann., MG. SS. 18, 22) erwähnt. Gesandte Pisas: Ann. Pisani 1155, MG. SS. 19, 242. Vgl. oben S. 127 f. 7) Vom 30. November bis 6. Dezember 1154. Vgl. oben S. 126. 8) Er war damals Konsul von Mailand nach Otto von Freising, G. Fr. II 16: 'presentibus duobus consulibus eiusdem civitatis, Oberto de Orto et Girardo Nigro'. 9) Diesen Ausdruck gebrauchen bei Gelegenheit dieses Tages z. B. die Ann. Pisani 1155, SS. 19, 242: 'Ad quem (König Friedrich) misimus tres sapientes viros'. 10) Vgl. das Lehensgesetz Friedrichs I. vom 5. Dez. 1154, MG. LL. Const. I Nr. 148, oben S. 127. 11) Obert, Erzbischof von Mailand 1146—1166. Seine Anwesenheit in Roncaglia ist anderweitig nicht überliefert.